



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et  
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita  
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ  
purioris complectantur**

**Ferinarius, Johannes**

**Magdeburgi**

**VD16 W 3078**

Explicatio Generalis, Articvli De Creatione, & capitum, pertinentium ad  
illum Articulum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36195**

Duplex; Aliud est Interius, ut, Pater gignens, Imago genita, Spiritus procedens. Aliud est Externum quod sumitur à beneficijs exgæ Ecclesiam. Ut, Filius & Spiritus sanctus mittuntur ad Ecclesiam statim ab initio. Filius constituitur Mediator, mittitur et patrefacit promissionem, orat pro Ecclesia, meretur remissionem peccatorum & restitutionem iustitiæ, & vitæ æternæ. Et est illa persona, quæ immediatè est efficax in consecrationis ministerij, & quæ docet mentes, ostendit patrem, & præsentiam eius. Spiritus sanctus mittitur à Patre per Filium, ut immediatè corda ad assensionem, & inuocationem flectat, & accendat tales motus, qualis est Deus.

Hæc sufficiant de tribus personis diuinitatis. Estq; ille Articulus fusiùs explicatus, propter horribiles furores Diaboli, qui in hac vltima mundi senectæ, per organa sua, blasphemias Mahometi in totum penè orbem propagat, & paulatim etiam eas gentes, quæ gerunt nomen Christianum, ad accipiendum Mahometismum insidiosissimè præparat.

EXPLICATIO GENERALIS, ARTICVLI DE CREATIONE, & capitum, pertinentium ad illum Articulum.

Quid est creatio?

Est fabricatio aliarum rerum, quæ sunt extra essentiam Dei, ex nihilo, cæli, terræ, Angelorum, hominum,

M 2

sum,

num, & omnium corporum, ac partium mundi, non fuit coeterna Deo, sed est facta in tempore, & a prima voluntate Dei, ut iste mundus esset domicilia creaturarum intelligentium, Angelorum, & hominum, quas Deus condidit, quia voluit habere Creaturas, quibus in agnitione, sese communicaret, videlicet suam vitam, lucem, sapientiam, iustitiam, & gloriam, & a quibus vicissim agnosceretur, & celebraretur.

Estne Articulus, creditus, vel scitus hunc mundum aliquando coepisse, & a Deo esse conditum ex nihilo?

Est Articulus creditus. Quia notitiae naturae ostendentes Deum esse, & eundem esse omnipotentem turbantur a naturali caligine, & a multis exemplis & euentibus dissimilibus, qui accidunt in vita. Philosophi affinxerunt tetra deliramenta. Ideo Articulus de Creatione, primum est discendus ex verbis scripturae, postea inspicienda sunt vestigia Dei, in natura, & in quam commonestiones, congruentes ad verbum scripturae factum.

Recita Regulas, comprahendentes summam doctrinae in hoc Articulo.

I.

Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi

una cum filio coaeterno, & Spiritu sancto, condidit ex nihilo caelum, & terram, Angelos, & homines, & omnia reliqua corpora.

Ostende, creationem esse opus commune aeterni patris, Filij, & Spiritus sancti.

In Genesi dicitur: *Faciamus hominem.* Verbum in plurali significat deliberationem, & societatem trium personarum in creatione. De filio sunt expressa testimonia: *Omnia per ipsum facta sunt.* Praepositio *per*, significat aliarum quoque personarum actiones.

De Spiritu sancto dicitur: *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Verbum *ferebatur*, significat, Spiritum sanctum fouere res creatas, & illis imperare vitalem, & salutarem calorem, sicut Gallina matris fouet suos pullos.

In dicto etiam Psalmi, expressè nominantur tres personae: *Verbo Domini caeli facti sunt, & Spiritu oris eius, omnis exercitus eorum.*

Huc pertinet regula Augustini: *Opera Trinitatis ad extra, sunt communia tribus personis.*

#### Quali phrasi vsa est Ecclesiae:

Pater creat dicens, id est, per Filium, quae est λόγος, in quo lucet ordo totius opificij, & Spiritus sanctus immediatè fouet creaturas & illis motum impertit.

## 2. Regula.

Deus est alia res, distincta à craturis, nõ est in  
 infusa, implicata, vel alligata ordini creaturarum.

## Contra:

Moses dicit: Ipse est vita tua, & longitudo  
 dierum tuorum.

Vita hominis est Deus.

Ergo non est discrimen, inter creaturam, & cre-  
 torem.

Respondeo. Nego consequentiam, & ratio  
 quia est fallacia figure dictionis. Est enim prædicatio  
 figurata, & Metaleptica, quæ ita enarranda est: Ipse  
 est vita tua, id est, sustentator vitæ tuæ. Ego sum vita  
 rectio, & vita, id est, resuscitator dans vitam. Non  
 natur enim causa pro effectu, ut Grammatici dicunt.

Regulam probo ex his testimonijs: Deuter. 32.  
 dicitur: Ut scias, quod Dominus est Deus, & non  
 alius præter eum. Item: Discernuntur motus Dia-  
 borum, à motibus diuinis, ut dicitur: Cum mendaciter  
 loquitur Diabolus, ex proprio loquitur.

3.

Deus non discessit à suo opere, sicut faber à  
 extracta, & relinquit creaturas tantum propria  
 ibernationi, nec natura voluitur casu, sine Deo, nec Deo  
 alligatus est causis secundis, nec ita tantum enarra-  
 unt, ut cause secundæ ciant: Sed adest Deus suæ crea-  
 turæ, non ut Stoicus Deus, Sed ut agens liberrime  
 sustente

sustentans suam creaturam, & sua immensa misericordia moderans, dans bona, aliquando impediens causas secundas, aliquando maiorem efficaciam præbens.

Recita argumenta sumpta ex natura, quæ ostendunt esse Deum, eumq; esse iustum, bonum, & vindicem scelerum.

I.

Perpetuus ordo omnium corporum in tota natura, non est ortus, nec potest manere casu.

Præcipuæ partes in natura ordinatæ sunt, & ille ordo manet.

Ergo, natura nec existit casu, nec manet casu, sed est orta ab aliqua mente, quæ intelligit ordinem.

Maiorem declaro. Quia casus nominatur euentus fortuitus, qui non habet certam, & perpetuam causam, & ideo fortuiti euentus sunt dissimiles.

Minor est manifesta. Pulcherrimus ordo est corporum celestium, & specierum in hac inferiori natura. Generationes in singulis speciebus sunt ordinatæ, ex bove nascitur bos, ex homine homo. Ergo natura non voluitur casu, sed conseruatur à sapiente, & bono conditore.

A mente humana.

In mente humana, sunt immutabiles noticiæ  
M 4                      diserte

discriminis honestorum, & turpium, & sunt vindictae in conscientia dolores qui sequuntur scelera, & destruant naturam. Ergo natura hoc ordine condita ab essentia intelligente, iusta, & bona.

### Quomodo usitate discernuntur actiones DEI:

Rerum sustentatio & conseruatio, qua Deus est toti opificio suo, & rerum substantias seruat, sustentat coelum, & motus coelestes, fecundat terram, procreat fruges in terra, creat vitam in uiuentibus nominatur usitata appellatione, Actio Dei generalis seu, praesentia uniuersalis.

Alia nominatur Actio specialis, quae est satisfactio, qua in Ecclesia per uerbum & Spiritum sanctum iusticia & uita aeterna restituuntur, & fit agnoscitur & inuocatur Deus, & fiunt alia extraordinaria opera in Ecclesia, ut conseruatio trium uirorum in fornace Babilonica. Nam certo consilio Dei & ordinaria opera, & extraordinaria, id est, miracula facit.

### Quid est miraculum?

Est opus, editum à natura omnipotente, extra & praeter communem naturae ordinem, ut testimonium ostendatur, Deum non esse alligatum causis secundis: Sed totam rerum naturam, esse in ipsius manu. Item, ut puniantur mali, & seruentur boni, item, conseruatio

conferatur veritas doctrinae diuinae, quam Deus vult innotescere, & confirmari.

Ordinaria igitur opera ostendunt, naturam hanc non casu confluisse, sed sapientem conditorem, huius ordinis autorem esse.

Extraordinaria ostendunt, hunc conditorem esse essentiam, distinctam a mundo, & esse agens liberum, & posse eum aliter agere, quam ceterae causae secundae, & multa moderari eum in natura suo libero consilio.

Ab actionibus igitur Dei, quae pertinent ad operam creationis, distinguenda sunt opera sanctificationis in Ecclesia, quia pertinent ad specialem diuinitatis actionem.

### Sic Argumentor:

Castitas est effectus Spiritus sancti.

In Hippolito est excellens Castitas.

Ergo ille motus est donum Spiritus sancti.

Maiores est manifesta. Quia Paulus nominat Spiritum sanctum, Spiritum castificationis.

Respondedo. Nego consequentiam, & ratio est.

Quia ex puris particularibus nihil sequitur. Castitas est effectus Spiritus sancti, scilicet illa, quae est in renatis, vel credentibus, non illa, quae est in alijs, qui sunt alieni ab Ecclesia.

Motus Spiritus sancti in renatis, sunt peculiariora dona, & opera diuinitatis, coniuncta scilicet, cum vera agnitione Dei, in mente, & vera inuocatione,

M 5 nec

nec sunt tantum motus, qui oriuntur ex naturali  
clinatione.

Sed Heroici motus, ut, Heroica virtus, vel fortitudo, item, excellens sagacitas in magnis artificibus sunt quidem dona Dei, sed sunt referenda ad altitudinem Dei non specialem sed generalem.

Interdum accidunt etiam miraculosi euentus, in constitutionibus Imperiorum, illi verè sunt extrinsecus ordinaria Dei opera.

Illam autem dona, quæ oriuntur ex constitutione temperamentorum, non nominantur dona, vel dona Spiritus sancti, quia sunt sine luce, & sine vera operatione Dei. Sunt igitur tantum dona naturalia, sicut lux in oculis Dei donum est. Et differunt a donis fidei, & Spiritus sancti, causis efficientibus, & finali, ut alibi docetur.

Nunc est declaranda propositio, quæ affirmat Deum esse agens liberum, & ostendenda sunt causa turbationis ordinis in vita. Dicendum est igitur.

### DE CONTINGENTIA, ET DE causa peccati.

Primum tenenda est aliquorum vocabulorum enarratio.

NECESSARIUM in Dialectica nomen est quod aliter se habere non potest.

Qui sunt gradus Necessitatis

1. Gradus, nominatur absoluta necessitatis, quæ est propositionum, quarum oppositæ simpliciter sunt impossibiles. Sic dicuntur simpliciter necessariae propositiones, de essentia Dei, & de virtutibus in Deo.

2. Gradus, est definitionum, & demonstrationum, quæ etiam immutabiliter sunt necessariae. Quia si fingatur oppositum, fit implicatio contradictionis. Si trigonus non habet tres angulos, non est trigonus. Si homo renatus non habet nouam obedientiam, non est renatus.

3. Gradus, est necessitas physica, id est, ordo in creaturis, qui etsi non potest mutari potentia velius creature, potuisset tamen aliter condi, & potest adhuc mutari à Deo. Non igitur prorsus & absolutè sunt immutabilia, quæ in hoc tertio gradu recensentur, idque ostendit Deus multis exemplis, ut cum iussit consistere, aut regredi solem, cum anus steriles fecundas fecit.

4. Gradus nominatur necessitas consequentiæ, scilicet eorum, quæ sunt reipsa mutabilia, nec tamen mutantur, vel, quia sic à Deo decreta sunt, vel, quia sequuntur ex causis, quas cum mutari potuissent, non tamen mutari contigit, vel, quia cum fiunt, contradictoria simul veræ esse non possunt. Ut: Necessaria est resuscitatio mortuorum, quia Deus edidit de ea decretum. Suntque ea, quæ à Deo sic decreta sunt, tantum bona. Sed quæ sequuntur ex hypothesi, propter causas antecedentes, sæpè sunt mala. Ut: Necessè est hæreses esse: quia magna est petulantia ingeniorum, & multi inuestantur à Diabolis.

CONTINGENS dicitur, quod cum  
habet causam, que poterat ex natura sua aliter agere.

Fontes contingentiae tres sunt.

1. Libertas voluntatis in Deo, qui liberrima voluntate creans potuisset naturam non facere, & destruere. Item, potest eam cum vult destruere.

2. Libertas voluntatis, in creaturis rationalibus.

3. Mutabilitas materiae Elementaris. Ut, con-  
grua luis non insciunt omnes, quia dissimilia sunt in-  
peramenta, & dissimiles constitutiones corporum.

Libertas est facultas, qua potest creatura agere  
vel non agere, & agere dissimiliter.

Libertas in Deo est, posse creaturas condere,  
non condere, posse conseruare, & destruere, & in-  
re mediate per creaturas, & immediate extra crea-  
ras, & quanquam tantum bona facit, tamen  
eum bona multifaria, & dissimilia facere.

Recita testimonia, & confirmationes,  
liberrate DEI.

1. Omnia quaecunq; voluit, fecit.

Uelle est tantum liberè agentis.

Ergo Deus est agens liberum, neq; fudit ma-  
lum fatali necessitate, neq; implicatus est corporum  
mundi, sed agit, vel cum causis physicis, vel ad-  
cas, vel impedit, vel mutat.

2. Omnia opera extraordinaria, vel miracula  
testantur Deum esse Dominum naturae.

3. Plus est, dispensare de lege diuina, quàm de ordine naturæ.

Erat patefacta lex, vt homo lapsus in peccatum extingueretur, & tamen ille ordo mutatur, propter deprecationem Filij, & Adam seruat, desertus ab omnibus creaturis.

Ergo Deus multò magis inflectere, & mutare potest ordinem causarum physicarum, qui est inferior Deo, & à Deo conditus certo tempore.

Ac quod Deus multa moderetur in causis physicis, propter salutem Ecclesiæ, testantur hæc dicta: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. Et: liberauit pauperem, cui non erat adiutor, Item: Orate, vt positus effugere ventura mala.

Deus mutat promulgationem factam de Niniue, propter conuersionem magnæ multitudinis.

Ergo non rectè dicunt Stoici, Deum inuocandum esse,  $\delta\upsilon\ \chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma\ \epsilon\upsilon\epsilon\kappa\alpha$ ,  $\delta\lambda\lambda\alpha\ \epsilon\upsilon\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ , non indigent nostræ causa, sed propter gratiarum actionem. Imo inuocandus est,  $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ ,  $\upsilon\psi\ \epsilon\upsilon\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma\ \epsilon\upsilon\epsilon\kappa\alpha$ .

Recita regulam, opponendam Stoicis, & Manichæis, qui fingunt Deum esse causam peccati.

Deus nec vult peccatum, nec impellit voluntates ad peccandum, nec adiuuat, nec approbat peccatum: Sed vere, & horribiliter irascitur peccato, sicut iram suam expressit in verbo suo, & ostendit eam in assiduis poenis.

poenis, calamitatibus, & morte hominum, sed  
strisſimè & euidentisſimè in obedientia Filij, placet  
patrem.

Quæ sunt testimonia huius Re-  
gulæ r

Psalmus inquit: Non Deus volens iniquitate  
tu es. Et Genesis: Vidit Deus omnia quæ fecerat  
erant valde bona. Item: Cum mendacium loquitur  
Diabolus, ex proprijs loquitur. Et qui facit peccata  
ex Diabolo est.

Iuniores etiam ediscant aliqua honesta diffi-  
cultatis Ethnica. Verba sunt Platonis in 2. Politi-  
κακῶν δ' ἐ ἀίτιον φάναι θεῶν ἂν γίγνεται  
θῶρ ὄντα, διαμαχετέον παντι τρόπω  
ἀνα ταῦτα λέγειν ἢ τῆ ἀντιᾶ πολλῶν, ἢ  
ἐννομήσειας, μήτε ἀνα ἀκέρῶν, μήτε νεώτε-  
ρῶν, μήτε πρεσβυτέρων, μήτε ἢ μέτρῳ, μήτε  
μέτρῳ μὴτο λογιῶντα. ὡς οὐδ' ὅσα ἄρ' λέγεται  
ἐι λέγοιτο ὄντε ξυμφορὰ ἡμῶν, ὄντε ξυμ-  
φῶντα αὐτοῖς. Id est, Quod autem dicunt aliqui  
lorum causam esse Deum, qui bonus est, pugnant  
est omnibus modis, ne quis hæc dicat in sua ciuitate  
vult eam bene regi, & ne quis hæc audiat, nec iunior  
nec senex, nec in carmine, nec extra carmen figurati-  
sitans. Quia nec pium est sic dicere, nec vobis  
nec hoc secum consentit.

Et Homerus inquit: οὐ γὰρ χεῖλις ἔσονται  
μείκταρες φιλέσσι. Non etenim mala

Deo placere beato. Et senarius Euripidis citatur à Plutarcho: *ἔι θεοὶ τὶ δ' ἄλλοι πρὸς ἀρχῶν, ὅν κ' ἔισιν θεοὶ. Si turpe quid faciat Deus, non est Deus.*

Quæ sunt igitur causæ peccati?

Voluntas Diaboli, & voluntas hominis, quæ auerterunt se liberè, & sua sponte à Deo, nec volente, nec approbante illam auersionem, cum hererent extra ordinem in obiectis, contra mandatum Dei. Nam Eius voluntas auertens se à verbo Dei, hæsit in dicto Diaboli, & in externo obiecto pomi.

Contra;

Bonum non potest esse causa mali.

Voluntas hominis in paradiso fuit bona.

Ergo non potuit esse causa mali.

Respondeo. Nego Maiorem: de bono mutabili, quod potest esse causa mali, cum possit agere dissimiliter. Minor: Voluntas hominis fuit bona, sed mutabiliter, cum nondum esset confirmata in bono. Ideo potuit se auertere à Deo, & obtemperare Diabolo, impellenti ad peccandum.

Respondeo breuiter ad argumenta, quæ usurpant propugnatores necessitatis Stoicæ.

I.

Determinatio diuina est immutabilis.

Omnia contingentia sunt determinata à Deo.

Ergo

Ergo omnia quæ fiunt sunt immutabiliter necessaria.

Respondeo ad Maiorem, Determinatio dicitur id est, præscientia Dei, omnia prævidentis, & emanantis ea sicut vult, est immutabilis, scilicet, ratione consequentiæ, quæ re ipsa non affert necessitatem.

Minor; Aliter Deus determinat bona, quæ vult, & quæ solus efficit, ut resurrectionem mortuorum. Aliter mala, quæ nequæ vult, nequæ efficit, sed præcipit, & constituit metas, quousquæ velit pati, ut grassentur mali. Differunt igitur, determinatio positiua bonorum actionum, & priuatiua, id est, metas constituunt ut reprimantur mala. Aliter etiã determinat Deus diuinas in uoluntate hominum, aliter in naturis, quæ agunt liberè. Quia uoluntas cum non obtemperat Deo trahenti, repugnat ei sua libertate, quæ horum aliter abutitur.

2.

Indurans hominem est causa peccati.

Deus indurat cor Pharaonis.

Ergo Deus est causa peccati.

Respondeo. Est fallacia figuræ dictionis. Non intelligatur de sic indurante hominem, ut sit causa efficiens illius impietatis, & pertinaciæ. Minor: Verba Hebræe sepe significant non effectiõnem, sed permissionem & desertionem. Indurabo, id est, Quia Pharaon toties monitus, nõ cessat mecum gerere bellum, & superba blasphemia mihi aduersatur, Ideo

eum deseram, sinam eum durescere, & promittam, ut  
ruat in triste, & aeternum exitium.

3.

Inducens hominem intimationem est causa peccati.

Deus inducit homines in intimationem, quia  
dicitur: Ne nos inducas in intimationem:

Ergo Deus est causa peccati.

Respondeo. Verba Hebraea saepe simul significat  
& permissionem & completionem. Ne inducas nos, id est, non sinas nos succumbere, & opprimi  
intimatione, sed da, ut te iuuante eluctemur, &  
superemus Diabolum. Ita completiue intelligatur  
dici: Non metuite mortem, id est, non frangamini  
metu mortis, sed vincat fides, quae iuuetur Deum.  
Item non sitis solliciti, id est, non vincat diffidentia, sed  
luccat fides acquiescens in Deo. Considerandum est  
etiam ubi verba Hebraea significant inchoatiue, Vt:  
Reddo quadruplum, id est habeo propositum reddendi.

4.

Faciens malum est causa peccati.

Deus facit malum.

Ergo est causa peccati.

Minorum probo. In 5. cap. Amos dicitur: Non  
est malum in ciuitate, quod non fecit Dominus.

Respondeo: Est fallacia equiuocationis, Duplex  
est malum. Aliud culpae, aliud poenae. Malum  
N culpa

culpæ est peccatum, quod est auersio à Deo, & ob  
 um Dei. Hoc Deus neq; vult, neq; efficit. Malum p  
 næ autem est destructio rerum, aut corporum, aut  
 anima pavor, & dolor, puniens naturam ream. P  
 us autem dicere: Deum tales pœnas velle, quia p  
 opera iustitiæ Dei. Respondeo igitur ad propositum  
 Faciens malum scilicet culpæ, est causa peccati. De  
 autem facit malum pœnæ non culpæ. Et in disti  
 mos est tristes querela, de concursu multarum calami  
 tatum. q. d. Deus omnibus generibus calamitatibus  
 bello, fame, luce, & omnibus arumnis nos punit.

5.

Faciens omnia secundum voluntatem suam, non  
 facit peccatum.

Deus facit omnia secundum voluntatem suam.

Ergo facit etiam peccatum.

Minorem probo. Ad Ephesios. 1. dicitur: Est  
 secundum propositum eius, qui facit omnia secundum  
 consilium voluntatis suæ.

Respondeo. Est fallacia à dicto secundum quod  
 dictum simpliciter. Dictum Pauli, non loquitur p  
 more de omnibus motibus materiæ & animantium. p  
 tamen de bonis & salutaribus actionibus in Ecclesia.  
 Sicutq; talia dicta & testimonia, quæ affirmant Deum  
 & filium Dei vere adesse suæ Ecclesie, & consola  
 ones, quæ testantur, Deum velle, ut ab ipso pectamur  
 & expectemus auxilium in summis malis.

6.

Non dirigens viam, & gressus suos non est causa  
 sua suarum actionū, nec bonarum, nec malorum.  
 Voluntas hominis non dirigit viam suam &  
 gressus suos,

Ergo nullarum actionum causa est.

Minorem probo. In Propheta dicitur, Scio Domine,  
 non est hominis via eius, nec viri dirigit gressus  
 suos.

Respondeo. Rursus est fallacia à dicto secundum  
 quid, ad dictum simpliciter. Via significat vocationem,  
 id est, gubernationem, homini mandatam.

Nec sequitur: Nō omnia prospicimus in vocatione.

Ergo voluntas est otiosa.

Dictum Prophetae est confessio nostrae infirmitatis,  
 Aliud est electio in mente, & voluntate, aliud  
 euentus. Interdum erramus in electione. Interdum  
 etiam bonis consilijs non respondet euentus. Ergo ne-  
 cesse est concurrere haec duo: Diligentiam faciendū  
 opera mandata, & fidem petentem, & expectantem  
 auxilium à Deo, iuxta regulam: Subditus esto Deo,  
 & spera in eum.

7.

In Proverbijis dicitur: Homo preparat animum,  
 sed Deus gubernat consilium.

Ergo voluntas nihil agit.

Respondeo. Dictum Salomonis, loquitur de euen-  
 tibus, non de electione voluntatis.

S.

N 2

Faciens

Faciens impium, est causa impietatis.

Deus facit impium, ut dicitur: Omnia facit Deus propter se, etiam impium ad diem malum.

Ergo est causa impietatis.

Respondeo. Est fallacia diuisionis: Non rectè ordinantur membra dicti Salomonis. Vera sententia hęc est: Deus facit omnia propter se, id est, propter suam gloriam. Etiam impium facit, id est, ordinat ad diem Malum, id est, ad poenam. Propter se est, ut conspiciatur testimoniũ iudicij, & iustitia

9.

Christus dicit: Nonne duo passeret assueti sunt, & unus ex illis non cadet super terram? Inde sic argumentor:

Passerum motus sunt à Deo.

Ergo omnium rerum motus sunt à Deo.

Respondeo. In dicto Christi, sunt duo membra. Primum est asseueratio de prouidentia, & conseruatione creaturę. Alterum est consolatio de protectione & conseruatione Ecclesie. Unus ex passeribus, non cadit super terram, sine patre, scilicet sciente, & mittente. Quia omnium rerum substantie seruantur Deo, quamdiu vult eas esse.

Non autem sequitur: Deus prouidet omnia.

Ergo est causa peccati:

In altero membro, etiam malè hæc contextio:

Deus efficit salutaria in Ecclesia.

Ergo omnia efficit, bona, & mala.

DE LIBERO ARBITRIO,  
SEVDE VIRIBVS VOLVN-  
tatis humanæ.

Quid significat liberum Arbitrium?

Completitur has duas potentias copulatas: In-  
tellectum, & voluntatem, id est, significat facultatem  
voluntatis, ad eligendum, & expetendum ea, quæ ab  
intellectu monstrata sunt, & ad reiiciendum eadem.  
Scriptura utitur duobus uocabulis, scilicet, Mente, &  
corde, quæ manifestum est usurpari pro intellectu, &  
voluntate, verè nō simulatè aliquid volente, & ita com-  
plecti iudicium & appetitiones veras non simulatas,  
nec tamen significare opus externum.

Quomodo explicatur præcipua in hoc ca-  
pite doctrinæ Christianæ quæstio, scilicet,

Quid, & quantum facere voluntas  
humana possit?

Nec potius seponere, quàm agitare volumus hor-  
ridas quæstiones, & tantum monstrabimus portum,  
quàm necesse est, pias mentes in ueris doloribus appre-  
hendere, & tenere. Constituimus igitur breues regula-  
las, quæ complectuntur summam harum rerum.

I. Propositio.

Reliqua est in mentibus naturalis noticia legis,  
& voluntas etiam post lapsum liberè ciet locomotiua,  
id est, regit motus externos membrorum: Ergo volun-  
tatis humanæ, etiam sine renouatione, proprijs viribus alia

N 3

quomodo

quomodo potest externa opera legis facere. Et  
externa obedientia nominatur disciplina.

Ostende hanc libertatem esse in  
homine

1. Paulus nominat disciplinam iustitiam carnis  
quod potest prestari etiam ab homine non renato. Ergo  
ille actiones sunt aliquomodo in potestate hominis.

2. Mandatum diuinum est ut homines regantur  
disciplina. Et nulla lex de externa disciplina  
esse impossibilis.

Esset autem hoc mandatum inutile, si gubernatio  
locomotiuæ esset impossibilis. Ergo honesta disciplina  
est possibilis.

Ita argumentatur Aristoteles:

Ordo Politicus non est frustra institutus. Ergo  
autem frustra institutus, si consilia, Leges, et disciplina  
regendi mores, nihil prodesse, et nulli motum  
naturæ hominis mutari possent. Quia quomodo  
Iphigenia iure puniri posset, si coactus, et inuitus interiret  
Agamemnonem. Item, Paris si coactus, et inuitus  
raperet Helenam?

Ergo ille actiones sunt liberae.

3. Argumentum sumitur ab experientia, id est  
ex opificio naturæ humanæ: Nervi in nostris corporibus  
sunt ita conditi, ut possint obedire voluntati mandanti.

Ergo in natura hominis est aliqua libertas. Con-

sciens potest imperare locomotivæ vel ut manus cecat,  
ad poculum ori admoveendum vel ut reprimat manus,  
ne admoveant ori poculum.

Quare Deus voluit illam libertatem, regendi locomotivam, esse reliquam ?

1. Ut intelligeremus discrimen inter agens liberum, & agens naturale, ut sciremus, ipsum Deum esse agens liberum.

2. Ut externæ actiones hominum possent regi notitia Legis.

Sed hæc libertas horribiliter impeditur duabus rebus.

1. Humana infirmitate, qua fit, ut homines sepe cedant cæcis affectibus, nam hi rectum iudicium in mente turbant & reprimunt, & alias cogitationes accendant, quas adjuvat impetus cordis, unde cidentur externa membra, ad turpia opera. sicut dicitur: Video meliora, proboque deteriora sequor.

2. Accedunt impulsiones Diabolorum, unde maxima mala in genere humano oriuntur. In Ecclesia monstrantur remedia, Filio Dei offerente defensionem, & auxilium adversus diabolum, & efficaciam in sensatione voluntatis.

a. Propositio, opposita Pelagianis & Monachis.

Hec disciplina nec est impletio legis flagitanti perfectam conformitatem cum Deo, nec est inchoatio interioris obedientiæ, seu nouitatis spiritualis, nec est coram Deo, nec tollit nascentem nobiscum prauitatem & mortem, nec meretur remissionem peccatorum aut vitam æternam. Hoc caput supra, in articulo legis perspicue declaratum est.

## 3. Propositio.

Expresse damnamus Pelagianos, qui negant peccatum originis, sinxerunt non esse opus conversionis, seu, regenerationis, & ita amplificauerunt liberum arbitrium, ut dixerint: Hominem viribus naturalibus sine Spiritu sancto, posse Legi Dei satisfacere, & interiorē, quam exteriorē obedientiam præstare.

His opponimus talē regulam: Non possunt tolli peccatum, & mors, libero Arbitrio hominum, nec potest voluntas humana credere promissioni diuinæ, aut interiorē obedientiam, sine Filio Dei, sine Euāgelio, & sine Spiritu sancto. Probationes illustres sunt Rom. 8. Qui ducuntur Spiritu Dei, hi sunt Filij Dei. Et: Non potest venire ad me, nisi pater traxerit eam. Item Gal. 3. Nihil potestis facere.

## 4. Propositio:

Considerandum est, qualis sit libertas in rebus sanctis & sanctis. Eam distinguimus in tres gradus.

1. Aut actiones illæ, pertinent ad disciplinam

seu, libertatem regendæ locomotivæ, vt retineatur iusticia bonæ conscientie.

2. Aut sunt opera vocationis.

3. Aut sunt exercitia fidei, & inuocationis.

Manet in renascentibus & sanctis libertas regendæ locomotivæ, quia Spiritus sanctus, non debilitat neruorum naturam creatam à Deo, sed potius adiuuat. Donantur enim pijs magna auxilia. Filius Dei accendit in eis illustrem, & firmam cogitationem verbi Dei, depellit Diabolos, & impulsiones Diabolorum, & dat Spiritum sanctum, qui intus eos adiuuat, & salutare motus excitat, His cum obtemperat voluntas, volens obtemperat, & non coacta. Vt Dauid rucns in adulterium volens peccat, Ita Ioseph illecebris dominæ volens repugnat.

Docet autem vox diuina, de duabus rebus necessarijs, ad retinendam iusticiam bonæ conscientie, scilicet, de precatione, & diligentia, iuxta dicta: Orate, ne intretis in tentationem. Quanto magis pater vester celestis, dabit Spiritum sanctum potentibus. Ambulate accurate, non ut fatui. Exhibete, vel ad mouete membra vestra arma iustitiæ. Membra nominat omnes potentias, interiora, & exteriora membra: Ergo vult voluntatem esse comitem Filij Dei, docentis mentem, & Spiritus sancti trahentis, seu ducentis. Vult in corde reprimi praua incendia. Vult sensus, linguam, manus, frenari, vult vitari occasiones lapsuum.

Hæc obedientia non est impletio Legis, sed pertinet ad iustia.

ad iusticiam bonae conscientiae, & quia persona  
est sola fide, propter Mediatorem, etiam haec uocatur  
obedientia placet.

In uocationibus multa accidunt inextricabili  
humanis consilijs, & uiribus, Nam in mirandis libe-  
rationibus, & mitigationibus, multa fiunt à solo Deo.  
Et tamen remanent simul regulae, quae praeci-  
pant inuocationem, diligentiam, & laborem, sunt quae  
omnia in renascentibus & sanctis aliqua ex parte  
sunt. Ita dicitur. Rom: 12. Qui praestitit  
diligentiam. Et: Hoc requiritur, ut fideles  
Labor uester non est inanis in Domino.

### 5. Propositio.

Fatetur in magnis sanctorum doloribus de pe-  
ccatis, de poenis proprijs & publicis, Item in consolat-  
ionibus ardentis in inuocatione fidei, quae sentit la-  
tam in Deo & initium dilectionis Dei ac aeternae  
multa fieri solo Deo, in quibus uoluntas habet ser-  
uum ut subiectum patiens, iuxta dictum Pauli: De-  
rauimus de uita, responsum mortis in nobis habita-  
ne consideremus in nobis &c. Verumtamen in com-  
nibus exercitijs fidei, & inuocationis certum est uo-  
luntatem, quatenus sanari coepit, comitem esse spiritum  
sancti, sicut Rom. 7. dicitur: Mente seruo legi Dei.

1. Nomina regenerationis & renouationis signi-  
ficant aliquam fieri mutationem, in aliqua parte homi-  
nis, non significant tantum in habitationem, sine muta-  
tione nostri, sicut in arcam uestis imponitur. Ergo

untas cepit sanari, est adhuc multum superest caliginis, dubitationis, & contumaciae in corde. Ita Paulus inquit: Delector lege Dei secundum interiorem hominem, Video autem aliam legem in membris meis &c.

2. Praecipitur, ut initia fidei exerceamus. Crescit autem fides cogitatione doctrinae, collectione testimoniorum, & precatione. In precatione enim, necesse est cogitare, de periculis nostris, & de tota doctrina inuocationis. Ad talia exercitia opus est labore, quarente dicta, quae sunt opponenda dubitationibus, disputatiōni de indignitate, & de electione. Ac in tali lucta, voluntas nititur verbo, & iuuante Spiritu sancto, potest repugnare dubitationi, iuxta dictum: Credo Domine, sed opem fer imbecillitati meae. Et auxilium Spiritus sancti, excitandum est, cogitatione verbi, & precatione.

Cum hac vera, & salutari doctrina pugnans:

1. Dogmata Pontificia, quae iubent manere in dubitatione, quae cum vincit, sequitur vel desperatio, vel profanitas.

2. Somnia Enthusiastica, quae consolationem a verbo Dei, & fide, transferunt in simulatos affectus, vel fatales raptus, & iubent hominem manere in dubitatione, donec sentiat se illuminari & cogi repugnans.

6. Propositio.

*Etiā:*

Etiam initio regenerationis ordiendum est a verbo, nec unquam querenda est voluntas Dei, sine verbo. Sed omni tempore debemus assentiri prædicationi penitentiae, & promissioni, & certo statuere, utram concionem scilicet penitentiae arguentem peccata, & promissionis gratia de remissione peccatorum, esse uersalem. Nec in Deo ponendas esse contradicentia voluntates. Certe his, qui sunt in coetu uocatorum, in doloribus, nequaquam proponende sunt horridae disputationes de electione, de qua, firma, & perfecta consolatio, ex effectu sumenda est, iuxta dictum: *Et tui mortui, qui in Domino moriuntur: Id est, de dante sunt tales ad mandatum Dei uniuersale, & immutabile, de audiendo filio, de penitentia, & de fide, quae cum discedentes ex hac uita retinent, certum est in numero electorum esse, sicut scriptum est. Quos uisificat eosdem & glorificat. Item: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae.*

In tali lucta, uoluntas trahitur à Spiritu sancto, sed ipsa non sit otiosa, non expectet coactionem, & repugnans diffidentiae conetur assentiri promissioni. Donec enim uoluntas omnino repugnat Deo trahitur, nulla est facta conuersio. Et si conuerteretur promissa otiosa, nulla esset lucta, & nihil opus esset uerbis, & Euangelio.

Testimonia perspicua sunt: Placuit Deo per istam prædicationem saluos facere credentes. Fides uero audita est. Quae præcepit Deus, hæc sancti & cogitantes

Agite poenitentiam, & credite Euangelio. Hunc autem dicit. Oportet igitur hominem cogitare doctrinam, & repugnare dubitationi.

**Opponitur contra :**

1. Euangelium pertinet ad solos Electos.

Respondeo. Promissio vniuersalis pertinet ad omnes, qui eam accipiunt. Ac ipsos electos etiam oportet inueniri hæc vniuersalia dicta : Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Item : Conclufit Deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Item, Non est acceptio personarum apud Deum.

2. Fides est Dei donum.

Respondeo. Verum est, sed donatur per uerbum, & sustentans se uoce Euangelij, trahitur à Spiritu sancto, inchoante consolationem, & accendente inuocationem, qua assidue petendum est : Conuerte me Domine & conuertar. Non enim ponendum est unicuique momentum conuersionis, infundens plenitudinem gratiæ in uacuos, sed paulatim crescit fides, lux, inuocatio, & paulatim sanatur mens, & uoluntas hominis per uerbum, & Spiritum sanctum.

Ut autem in priore propositione, etiam dictum est, hæc doctrinam oppugnant duplices hostes.

1. Pharisæi, Pelagiani, & Pontificij, qui fingunt, hominem iustum esse disciplina.

2. Enthusiastæ, qui delent doctrinam, & exercitia fidei. Contendunt enim Deum communicare se hominibus.

hominibus, sine cogitatione doctrinae, & sine merito. Postea accedere doctrinam, ut exterior homo habeat exercitium. Aliqui non velunt uideri tollere doctrinam & exercitia fidei, & tamen re ipsa delectantur remouent consolationem, quae inchoatur à uerbis, fontniant Articulos, & momenta fatalis conuersionis insensibilia, infusiones plenitudinis gratiae in uerba uacuos, deniq; raptus Enthusiasticos, coactiones similia.

Nos retinemus haec uera fundamenta. Deo est causa peccati. In Deo non sunt uoluntates contrariae, quarum alia sibi arcana, alia reuelata. Non est, in conuersione, & consolatione ordiri à uerbis doctrina, non à raptibus. Vtraq; contio est unius mandatum de agenda poenitentia & promissio gratuita reconciliatione. Fides nec accenditur in uerbo, nec ab eis retinetur nisi in luctu implorante gratiam operum, & confirmationem diuinam.

Sustentemus igitur nos cogitatione promissum repugnemus diffidentiae, & inter ueros gemimus: Credo Domine, sed opem ser imbecillitate mea

## DE PECCATO.

Quid significat hoc uocabulum in Ecclesia?

Non tantum intelligitur de actionibus alicuiusmodi uiciosis, ut Grammatici, uel Philosophi leguntur

tr, sed significat quodcumq; malum, pugnant cum lege Dei, & reum coram Deo, seu, auersionem à Deo, ream coram Deo, id est, damnatam, nisi fiat remissio, siue illud malum sit actio, siue morbus, herens in natura.

Quæ est descriptio peccati apud Iohannem ?

ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία. Peccatum est, quicquid est contra Legem Dei.

Quas res complectitur vocabulum

Ἀνομία ?

Priuationem, & normam. Priuatio est genus, Norma, id est, Lex Dei, constituit differentiam.

Quæ est igitur sententia Definitionis ?

Peccatum est priuatio conformitatis cum Lege Dei, id est, illa destructio in homine, qua homo non congruit cum Lege Dei, neminatur peccatum. Nominatur enim Iohannes ἀνομία, & interiora mala, ut conscientiam in mente, auersionem à Deo in uoluntate, contumaciam in corde, & actiones exteriores. Intelligatur autem simul comprehendi reatus, uidelicet, quod propter illam destructionem, homo sit reus eterne iræ, & pœnæ, nisi fiat remissio propter Mediatorem.

Quæ est altera definitio ?

Peccatum est defectus, uel inclinatio, uel actio, pugnantem cum Lege Dei, offendens Deum, & committens

merens eternam iram, nisi fiat remissio propter  
mediatorem.

Quæ est enarratio huius Defi-  
nitionis ?

In hac definitione, genera sunt, defectus, in-  
natio, vel actio. Differentia, pugnans cum  
DEI. Proprium, offendens DEVM. Accidens,  
nisi fiat remissio propter Mediatorem.

Quæ est diuisio peccati ?

Peccatum aliud est originale, aliud Actuale.  
Postea cum quæritur qualia peccata sint in  
tis, qualia non sint, necesse est discerni inter peccatum  
non regnans, seu veniale, & inter peccatum regnans,  
seu mortale.

Est & alius gradus peccati, quod nominatur  
remissibile, seu blasphemia.

Contra :

Res positiua non est priuatio.

Peccatum Actuale, est res positiua, videlicet  
motus uoluntatis, & membrorum ca-  
riorum.

Ergo non rectè dicitur : In omni peccato  
defectum, uel priuationem.

Respondeo. Mala, quæ comprehenduntur  
pellatione peccati originis, esse defectus, non esse  
scorum, sicut iam declarabimus : sed considerentur  
in idem genus congruere delictis actualibus.

eum intuemur proprium subiectum peccati; scilicet, mentem & voluntatem, in quibus est dubitatio de voluntate Dei, & auersio à Deo, perspicimus illud non regi luce Dei & voluntatem à Deo auersam esse, recte nominari defectus, quibus defectibus deinde respondet motus externus, ut motus errans, & ordinis confusio &c.

Recita peccati Originalis definitionem, sumptam ex Anselmo:

Peccatum originis, est carentia iusticie originalis, debite inesse.

Quid est iusticia Originalis?

Iusticia originalis significat & acceptationem coram Deo, & in mente lucem, rectè agnoscentem Deum, queq; firmiter assentiri verbo Dei poterat, & radios illustres sapientie legis transfusa in homines in creatione, significat item in corde congruentiam cum lege Dei, dilectionem Dei, & leticiam in Deo, & integrum ordinem omnium virium hominis. Ac talis si mansisset homo, fuisset templum Dei, quia si retinisset verbum Dei, Filius Dei perpetuo viuificasset eum, iuxta dictum:  $\delta \lambda \acute{o} \gamma \omega$  & erat vita hominum: Ita subsistet in eo firma noticia Dei, per verbum habitans in mente, & arsisset cor dilectione, per Spiritum sanctum, habitantem in corde, & fuisset homo sine peccato, & sine morte. Carentia igitur, non tantum significat reatum, sed etiam amissionem naturalis integritatis, & bonorum

○ bonorum

bonorum, quæ fuissent addita. Sicut vñtate loquuntur scriptores de viatore saucio: spoliatum esse gratiam & vulneratum in naturalibus.

Quomodo peccatum originis descendit Hugo?

Est ignorantia de Deo, in mente, & inobediencia in voluntate, & corde.

Quæ est nostra Definitio?

Peccatum originis, est reatus propter lapsum primorum parentum, & propter naturæ humanæ depravationem, quæ secuta est lapsum primorum parentum, quæ non tantum poena est primi lapsus, sed etiam peccatum, id est, malum pugnans cum Lege Dei, & merens æternam damnationem, nisi fiat remissio, propter Mediatorem.

Proba, homines nascentes, afferre secundum peccatum originis.

1. Rom. 5. Per unius delictum, in omnes homines mors intrauit. Ergo posteritas est rea propter lapsum primorum parentum.

2. Paulus hunc morbum nominat Legem in nobis, pugnantem cum Lege Dei. Ergo illud malum est peccatum.

3. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Vocabulum prius significat propriè depravationem, alterum reatum.

**Vbi est peccatum Originis?**

In anima, & corpore. In potentia cognoscente sunt tenebræ, & dubitationes de Deo. In potentia appetente, absunt bonæ inclinationes, & sunt malæ, seu, auerse à Deo inclinationes. Totus autem homo, post lapsum desijt esse domicilium Dei, & est in eo multiplex & traxia.

**Quæ sunt causæ efficientes?**

Diabolus, & voluntas hominis assentiens Diabolo. Ut voluntas in Adam, & Eua, est causa, quæ meretur reatum posteritati, quia acceperunt dona illa, conseruanda pro toto genere humano. Ideo etiam amisserunt pro toto genere humano.

**Quod est formale peccati Originis?**

Fundamentum est, vicium, id est, defectus pugnantis cum lege Dei. Formale est reatus, vel actus, vel potentia damnans.

**Qui sunt fines?**

Vniuersa destructio nature humane, Quia Deus naturam ream destruit: Mors, & omnia mala corporis, & deinde æternus dolor nature abiectæ. Item: Omnia peccata Actualia, & tristissima seruitus, quod homo subiectus est Tyrannidi Diaboli.

**Manet ne in sanctis peccatum Originis?**

Manet.

Probo.

O 2

Peccatum

Peccatum est, quicquid est contrarium Legi Dei.

Concupiscentia est contraria Legi Dei, vt Beatus 7. dicitur.

Est igitur peccatum.

Et omnium sanctorum confessio idem docet. Inquit Iohannes: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas non est nobis.

Contra:

Peccatum remissum non manet.

Peccatum originis remittitur in Baptismo.

Ergo non manet.

Respondeo ad Minorem. Reatus actu dicitur tollitur, etiam si fundamentum, videlicet, hereditaria natura morbus, manet. Quia hic non fit integritas. Limes est lapis et si non amplius distinguit se a materia. Sic recte instituti norunt in vocabulo reatus peccati discernendum esse reatum a fundamento, inquit Augustinus: Peccatum tollitur, non ut reus tollatur. Sed ut non imputetur.

Amplius:

In omni peccato comprehenditur reatus.

In sanctis manet peccatum.

Ergo manet etiam reatus.

Respondeo. Ad maiorem: In omni peccato comprehenditur reatus, scilicet, vel actu, vel potentia. In minoribus: In sanctis manet peccatum, quod est reum, potentia.

tia, non actu, id est, sancti essent rei, & damnarentur, propter illud reliquum peccatum, nisi tegetur, & remitteretur, propter Mediatorem.

3.

Cessante formali, res cessat.

In renatis cessat Formale peccati.

Ergo in renatis non est peccatum.

Respondeo. Ad Minorem: In renatis cessat formale peccati regnantis: Sed manet peccatum non regnans.

4.

Natura est bona.

Ergo in natura non est peccatum originis.

Respondeo. Est fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: Substantia hominis, & noticia, item sensus in homine, sunt res bonæ, Sed malum quod habet in potentijs animæ & inclinationibus illis est caligo & prauitas à Deo auersa.

Huc pertinent duo Argumenta, quæ usurpat Synodus Tridentina:

I.

Vbi non est damnatio, ibi non est peccatum.

In sanctis nulla est damnatio.

Ergo in sanctis nullum est peccatum.

Respondeo. Ad Maiorem: Vbi non est damnatio, ibi non est peccatum, scilicet, peccatum regnans. Minor: In sanctis nulla est damnatio, quia sunt iusti imputati

O 3 one,

one, & inchoatione, nondum consummatione notatis: Ergo in sanctis non est peccatum regnans, sed peccatum remissum, seu non regnans, id est, quod dicitur propter Mediatorem.

2.

Res quæ est tantum fomes peccati, seu, quod inclinans ad peccatum, non debet dici propriè peccatum.

Talis est morbus, hærens in sanctis:

Ergo ille fomes non est peccatum.

Respondeo: Nego Minorem. Ille morbus non est tantum fomes, aut pœna peccati: Sed est reuera quædam pugnans cum lege Dei. Ergo est verè, & propriè peccatum.

Certamen verò hoc, inter Pontificios, & non est λογισμια, quia ex eo, quod fingunt esse peccatiscentiam non esse malum, pugnans cum Decretis inferunt Lege Dei tantum actualia delicta damna. Ita deletur doctrina de Lege, & de peccato. Deinde doctrina etiam de gratia, & de iustitia fidei, & peccatur, hominem satisfacere posse Legi.

In definitione dicitur: peccatum mereri æternam pœnam.

Contra:

Actui finito non rectè respondet pœna infinita.

Peccatum est actio finita.

Ergo non rectè punitur pœna infinita, & æterna.

Resp.

Respondeo. Ad Minorem: Peccatum semper est malum infinitum, respectu, seu, ratione obiecti, Quia offendit Deum, qui est bonum, infinitum, & immensum. Ergo recte ei respondet infinita poena.

Quid est peccatum Actuale?

Est omnis actio pugnantis cum Lege, tum in mente, ut dubitationes de Deo, tum in uoluntate, & corde, ut incendia malorum affectuum, tum in membris externis, ut externae actiones, pugnantibus cum Lege Dei.

Quae est alia diuisio peccati?

Peccatum aliud est Regnans, seu Mortale, aliud non regnans, quod nominatur veniale.

Quae sunt peccata regnantia loquendo de non Renatis?

Regnantia peccata, seu Mortalia in non renatis, dicuntur omnia peccata, originalia, & actualia, interiora, & exteriora, quae ideo dicuntur Mortalia, quia non renatus propter illa omnia, reus est irae Dei, & poenae aeternae.

Quid est peccatum regnans in eo qui desinit esse sanctus?

Peccatum regnans, seu Mortale in amittentibus gratiam & Spiritum sanctum, est cum is, qui fuit renatus, assentitur errori in fundamento, aut labitur contra conscientiam. Tunc enim effundit gratiam, expellit Spiritum sanctum, & abiicit fidem.

Possunt ne etiam renati labi?

Respondeo. Possunt, ut perspicue probatur  
12. capite Matthei, & 2. capite 2. Epistole Petri.  
sic lapsi sunt Adam, Aaron, Dauid, Petrus.

Quid est peccatum non regnans, seu  
veniale?

Peccatum non regnans, seu veniale, propter quod  
non amittitur gratia, Spiritus sanctus, & fides, et  
hac vita in renatis malum originis, item dubitationes  
& incendia malorum affectuum, quibus tamen regnant  
sancti, ne ruant contra conscientiam, & dantur  
propter has sordes, & credunt se propter Medicinam  
Deo placere, tegi has sordes, & gratiam exorbire  
supra peccatum.

Vnde sumpta est hæc distinctio:

Respondeo. Ex perpetuo consensu doctorum  
pheticorum, & Apostolicorum. Et Rom. 8. exponitur  
ponitur hæc distinctio: Si secundum carnem vivamus  
moriemini, si actiones carnis Spiritu mortificabitur  
uetis. Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis. Qui  
faciunt regnum Dei non possidebunt. Manifesta sunt  
scilicet, cuiusque conscientie, quæ iudicare poterit  
propter tales lapsus actu ream fieri iræ Dei, & æternæ  
pænæ.

DE EVANGELIO.

Quid significat vocabulum Evan-  
gelium?

1. In prima significatione significat letum nuncium, seu rem letam, quæ nunciatur. Huius significationis illustria exempla sunt, apud scriptores, ut Plutarchum in vita Artaxerxis, Pompei, & plurimis alijs locis. Ita etiam loquitur Cicero ad Atticum, & alibi.

2. Sæpe significat præmium, quod datur leta nunciati. Exempla sunt apud Homerum & creberrima apud Plutarchum. Vsitata est etiam scriptoribus Grecis phrasis, quam Grammatici enarrant per Elisum, ὄνειρον ἑὸν ἡμέλια, facere sacrificium propter rem bene gestam, aut propter letum nuncium. Ita est locutus Socrates, & alij.

Quomodo vox diuina vta est hoc nomine?

In propria significatione, pro leto, & fausto nuncio. Voluit autem Deus, hac insigni appellatione, doctrinam de Filio, & letissimis beneficijs Filij, distinguere à Lege, ut appellationis dulcedo, moneret homines, de discrimine Legis, & Euangelij. Expressum est autem hac appellatione vocabulum Hebræum, quod vtitur est Prophetis, & eodem modo significat letum nuncium.

Recte dicitur: Euangelium esse proprie appellationem personæ Filij Dei, perinde vt λόγος, & similia nomina?

O 5

Recte

Recte Euangelium distinguitur à persona re-  
 ys. Quia significat doctrinam reuelatam, & per-  
 ctam à Christo, & de beneficijs Christi.

**Contra:**

Potentia Dei est ipse Deus.

Euangelium est potentia Dei.

Ergo Euangelium significat ipsum Deum,  
 alibi etiam Christus nominatur potentia

Respondeo. Ad Maiorem: Potentia Dei est  
 us, scilicet vel essentialis vel personalis potentia.  
 Minor est prædicatio figurata: Euangelium est po-  
 tia Dei, scilicet nec essentialis, nec personalis,  
 instrumentum seu organum, seu medium, per quod  
 us est potenter efficax, in conuersione hominum.  
 batur hæc significatio, ex plurimis testimonijs scri-  
 pturæ. In eodem loco dicitur: Non pudet me Euange-  
 quod est Christi. Ergo significat doctrinam. Item  
 quem pudet mei, & Euangelij mei. Et: Euangelium  
 est ministerium Spiritus. Nusquam verò Christus  
 minatur minister Spiritus sancti, sed Spiritus sanctus  
 qui mittitur à Patre, per Filium, est efficax per Eu-  
 gelium, id est, per verbum.

**Quid est Euangelium?**

Est prædicatio poenitentiae, & promissionis, in  
 ius-noticia non est insita naturæ hominū in creatura  
 sed miranda bonitate, prolata est ex sinu aterni-  
 tatis, per Filium promissio, in qua non propter

merita nostra, aut dignitatem nostram, sed propter obedientiam Domini nostri Iesu Christi, gratis donantur credentibus, remissio peccatorum, & reconciliatio, seu iustificatio, in qua Filius Dei, voce Euangelij, uiuificat corda credentium, & dato Spiritu sancto, iacit eos templa Dei, & credentes sanctificantur, & propter Filium Dei, gratis fiunt heredes uitae aeternae, & resuscitantur ad uitam aeternam, sapientiam, iustitiam, & leticiam, in qua erit Deus omnia in omnibus.

Qualis est forma definitionis iam traditae?

Est definitio collecta ex partibus seu membris: Quia duo sunt capita doctrinae Euangelij, scilicet, Praedicatio poenitentiae, & praedicatio promissionis gratiae, quae propria est Euangelij. Promissio uero gratiae, complectitur praecipue haec 4. membra: Remissionem peccatorum, reconciliationem, seu iustificationem, donationem Spiritus sancti, & donationem uitae aeternae.

Probetur haec definitio:

Testimonium illustre est in ultimo capite Luce, ubi Christus iubet praedicare in nomine suo, poenitentiam, & remissionem peccatorum,

Contra:

Retinendum est discrimen, inter Legem, & Euangelium. Praedicatio poenitentiae, accusans, & iudicans peccatum, est opus legis, iuxta dictum: Per Legem cognitio peccati. Item: peccatum non cognouit nisi per legem.

Ergo non recte tribuitur Euangelio praedicatio poenitentiae.

Responsa

Respondeo. Ad Minorem. Prædicatio pœnitentiæ, etiam quatenus accusat & iudicat omnem carnaliter, non est opus legis Pharisæicæ, Philosophicæ & Politicæ tantum intellectæ. Sed Euangelium in sua tali prædicatione pœnitentiæ utitur voce Decalogi Legis diuinæ Moralitatis, quam repetit, enarrat, & mitigat, iuxta ἰπὶς ἰνὰ ἄρῃ monstratam in promissionibus de Mediatore. Neque sine illa declaratione, vlla dicitur in lege mentio prædicationis pœnitentiæ. Lex secundum sese considerata, cum naturam ream propter peccatum damnet iudicio immutabili, efficit in animis hominum, aut fugam Dei cum desperatione & metu, aut profanam securitatem, Quæ ex diametris pugnant veræ pœnitentiæ. Sed ubi accessit decalogus monstrans ἐπιὶνὰ ἄρῃ legis ex Euangelio, ibi dicitur auditur mentio pœnitentiæ salutaris in ministerio gratis remissionem peccatorum, illis, qui confugiunt ad Mediatorem.

Deinde manifestum est, ex lege simpliciter, et sine Euangelio intellecta, hoc primum, & præcipuum peccatum, scilicet ignorantiam & contentum Mediatoris, ac beneficiorum eius, non argui, nec monstrari, sed illud proprie ostendi & accusari voce Euangelii, sicut dicitur: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quod non credunt in me. Ergo rectè dicitur in ecclesia: Euangelium proponens & declarans vocem legis, correctæ, & mitigatæ, esse prædicationem salutaris pœnitentiæ.

Quomodo differunt Lex, & Euangelium :

Definitiones prius recitatae, monstrant discrimen.

Differunt enim Euangelium a lege, genere, & differentiis. Lex est sententia, praecipiens integram obedientiam erga Deum, & damnans non habentes perfectam obedientiam. Sed Euangelium est promissio offerens agentibus poenitentiam remissionem peccatorum, & reconciliationem accipiendam fide, id est, fiducia Mediatoris. Et lex non habet promissiones gratuitas, sed conditionales, id est, pendentes ex dignitate seu perfectione obedientiae. At Euangelium est gratuita promissio, propter Mediatorem. Ita particula, gratis, propter Mediatorem, facit illustre discrimen, inter legem, & Euangelium.

Vbi perspicue monstratur discrimen Legis, & Euangelij :

Illustrius dictum est in primo capite Iohannis : Lex per Moysen data est, gratia, & veritas, per Iesum Christum facta est.

Hoc dictum enarratur.

Iohannes constituit illustre discrimen, inter Moysen, Politiam constitutam a Mose, & Legem, & inter Filium Dei.

Lex per Moysen data est, Lex videlicet Moralitatis, & Politiae. Moyses accepit per manum Mediatoris Legem, quam populo proposuit, & interpretatus est. Constituit etiam illam Politiam, sicut Deus eam constitui voluit : Data est. Sonat quidem Lex & in Ecclesia & in reliquo

reliquo genere humano, præcipiens integram obedientiam erga Deum, & accusans, & destructis naturam non conformes Deo. Sed opera Moſis, nec tollitur peccatum, nec mors, nec efficitur in homine illa rectitudo quam poſtulat Lex. Data igitur Lege per Moſen, accipit populus tantum bona corporalia, & iuſticiam æternam ſed interituram.

Gratia vero & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt. Gratia, id eſt, gratuita remiſſio peccatorum, reconciliatio. Veritas, vera, & æterna bona, natura, nec res interitura. Opponitur enim bonis temporalibus, item ceremonijs, quæ ſunt picture, & humanæ, quæ tantum eſt externa pædagogia, ſanctificatio membrorum. Sed filius, inquit, aſſert bona æterna, videlicet ipſum Deum viuificantem nos, & iuſticia æterna.

Verbum ἐγένετο ſignificat, contigit nobis, facti ſumus. Diſcernendū eſt enim hoc verbum, ab alijs ſignificatis in lingua Græca. ποίεω, Facio, ſignificat manufabricare, ita, vt poſt laborem reliquū ſit opus manu factum.

πράττω, ago, plerunq; uſurpatur de affectionibus animi, poſt quas non conſpicitur opus externum.

τεκταίω, fabrico, ſignificat ex diuerſa parte & collocatione, materiæ inducere nouam formam.

Sed verbum γίνομαι, latius patet, ſignificat fieri, contingere, vel adipiſci aliquid, quocunq; modo. Paulus inquit: Chriſtum eſſe factum ſub Legem, id eſt mirabili conſilio Dei conſtitutum, vt pro nobis peccatis

uat poenam debitam Legi. Consideretur autem prorsus congruere dictum Iohannis cum verbis Pauli: per Christum habemus gratiam & donum per gratiam.

Quomodo refutandus est error insulsissimæ distinctionis trium legum, Naturalis, Mosaicæ, & Euangelicæ?

Vna est æterna lex Moralís, quæ accusat peccatum in omnibus omni tempore. Vnica est etiam promissio gratiæ, prolata per filium, & patefacta primis parentibus post lapsum, quæ æqualiter, ante, & post exhibitum Messiam, annunciat gratuitam remissionem peccatorum, & reconciliationem cum Deo fide accipientibus beneficia Messia, sicut ostendunt testimonia infinita: Semen mulieris, conculcabit caput serpentis.

Fœminæ semen calcabit terga draconis. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Beati omnes qui confidunt in eo. Abraham vidit diem meum, & lætatus est.

Responde ad Argumenta eorum, qui faciunt confusionem Ecclesiæ, & Ethnicorum, nec discernunt Euangelium à noticia naturali.

I.

Potentia Dei fuit nota Ethnicis. Rom. 1.

Christus est potentia Dei. 1. Cor. 1.

Ergo Christus fuit notus Ethnicis, & rationi.

Respondeo

Respondeo. Nego consequentiam, & ratio  
quia sunt quatuor termini. Maior lequitur de  
tencia Essentiali, ostensa in opere creationis, quae  
est rationi aliquo modo, ut ostendat & esse Deum  
qualis sit, & quod praecipiat seruari discrimen  
storum & turpium, & quod iudicaturus sit, ac  
turus eos, qui non seruant. Sed ordo, & distinctio  
sonarum, natura non est nota. Minor: Christus  
potentia, videlicet, personalis, id est, persona per  
diuinitas potens & efficax est, in saluatione Eccl.

In hac noticia comprehenditur distinctio  
patris, seu diuinitatis mittentis, & Mediatoris,

2.

Lex est sapientia Dei, & est nota gentibus  
Christus est sapientia Dei.

Ergo Christus est notus gentibus.

Respondeo. Ex puris particularibus, non  
est sequi conclusionem. Lex non est vniuersa sapientia  
Dei. Christus autem, est personalis sapientia, qui  
profert Euangelium ex sinu patris, & accendit  
in mentibus prolata voce Euangelij, & assumptio  
mana natura visibiliter etiam docet Euangelium  
miranda de eo edita testimonia. Ita gentes non  
quam sapientiam Dei, et legalem, Nec sequuntur  
quod norint vniuersam sapientiam Dei.

## DE IUSTIFICATIONE

Quid est iustificatio

Iustificatio est acceptio remissionis peccatorum, & reconciliationis persone coram Deo, & imputationis iusticie, & hereditatis uite eterne, propter obedientiam Mediatoris, quæ acceptio fit fide, consolante, & erigente cor, in ueris doloribus, ut fiat iustificatio per Filium Dei, dicentem consolationem in corde, uoce Euangelij, & effudentem Spiritum sanctum, quo inchoatur noua obedientia in corde, sicut scriptum est. Dabo Legem meam in corda eorum.

Quis est usus vocabuli Iusticia  
in Ecclesia ?

Apud Philosophos, Iusticia tantum usurpatur legaliter & politico more. Sic Iusticia uniuersalis significat philosophis obedientiam secundum omnes Leges. In lege diuina, ubi de perfecta legis implementatione dicitur, significat integram obedientiam, seu integram conformitatem ad Deum. Vt in his dictis: Non erit iustus coram te omnis uiuens. Item Iob: Vere scio, non est iustus homo coram Deo. Iustus, id est, habens integram obedientiam.

Interdum uocabulum Iusticie de bonis operibus venatorum usurpatur, etiamsi non est integra obedientia. Vt: Feci iudicium, & iusticiam.

OSIANDRI, & similium definitiones, quibus nomen ab effectibus ad causam transferunt, etiamsi legales sunt: Iusticia est, quod facit nos iusta facere, uidelicet Deus.

Sed

Sed in uocabulo Iustus, seu iusticia, iuxta angelium, primò includitur hæc relatio, uide gratia acceptatio, seu reconciliatio. Iustus enim Deo, significat placentem Deo, seu reconciliatum, seu acceptum gratis propter Mediatorem, scilicet quidem & uiuificatio fit in ueris doloribus.

**Definitio Osiandri, & multorum Entium**  
**astarum, qui Iustificationem nominantur**  
**inhabitationem Dei, vel deificationem, talis est:**

Iustificare, est ex non iusto, iustum facere, habentem recte facta. Ista definitio est minus imperfecta, quia omittitur illa relatio, scilicet, gratuita remissio peccatorum, & imperfecta iusticia, que primò in uerbo iustificandi est intelligenda.

**Synodus Tridentina statuit talem definitionem:**

Iustificatio est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur, Filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis Filiorum Dei, per secundam, IESVM CHRISTVM, Saluatorem nostrum.

In hac generali descriptione, sunt ambiguitates & insidiæ, que paulo post deprehenduntur, cum enumerant causas iustificationis, Ita enim

etur: Formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua uidelicet ab eo donati, renouamur Spiritu mentis nostrae, & non modo reputamur, sed uere iusti nominamur, & sumus, iusticiam in nobis recipientes. Hic manifestum est confundi imputationem cum nouitate & operibus. Ergo omnes illi, qui oppugnant imputationem, uel iusticiam imputatam, concordēs sunt in fundamento, differunt tantum formis loquendi.

OSIANDER, & totus grex Enthusiasti-  
cus, nominat causam ipsam Deum, mutantem homi-  
nem, & habitantem ac operantem in homine.

Pontificij nominant effectus, id est, nouitatem infusam, nouas uirtutes, quas appellant iusticiam inherentem. Hæc sunt tantum Metaleptica permutaciones, causarum, & effectuum.

Hoc est propriè Enthusiasticum, quod fingunt, omnibus hominibus esse peccata remissa, sed damnari eos, qui non habent iusticiam Essentialem, uel, quibus Deus se non communicat, per illos singulares raptus, seu per impressiones fatales.

Respondeo:

Distractio remissionis peccatorum & iustificationis manifestè pugnat cum scriptura, iuxta dictum: Qui non credit in eum, manet ira Dei super eum. Ergo non fit iustificatio nisi fide seu fiducia Mediatoris accipiatur gratuita remissio, qua tollitur ira, seu rea

P 2

seu reatus actu damnans. Et utriq; gregi opponitur hoc: Iustificare apud Paulum, est primo, ex reo non habente impletionem legis, facere iustum, id est non reum, propter Mediatorem.

Quod autem in uerbo iustificandi, necesse est intelligere remissionem peccatorum, manifeste ostendunt multa perspicua dicta. Vt: Huic enim Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Beati, quorum remissa sunt iniquitates. Deus propitius esto mihi peccatori. Dominus abstulit peccatum tuum.

Ista uero acceptio remissionis, non est qualesdam Enthusiasticum, nec tantum frigida imaginatio. Sed haec consolatio sentitur in uero dolore, et in uerbo Dei simul est efficax cum uerbo externo, et consolationem in corde, et ostendit misericordiam patris.

Satis uero appositè dicitur:

Cum iustificatione, quae proprie significat gratuitam remissionem peccatorum, et reconciliationem, seu imputationem iusticiae, coniunctam est sanctificationem, seu donationem Spiritus sancti, et inchoationem nouae obedientiae ac uitaeternae. Sed tamen in hac uita, persona, perpetuo est iusta, et accepta coram Deo, non propter illas nouas actiones, uel nouas uirtutes, quantumuis sint inchoationes uitaeternae, sed propter solum Mediatorem, ut per

secundo loco, & de modo iustificationis, & de praesentibus aduersariorum monebimus.

## DE VOCABVLO GRATIAE.

Vocabulum gratia quid latinis significat?

Gratia, & fauor, apud Latinos, habent se coram relatiue. Fauor ferè significat actiue, Gratia autem passiue. Ita enim usitate loquimur: Magnus est fauor Augusti erga Virgilium. Et uicissim rectè dicimus, Virgilius est in gratia Augusti, id est, ipse amatur à Cesare.

Interdum hoc uocabulum, consuetudine Graeca, significat beneficium: χάρις χάρις τίνος, Gratia gratiam parit. Et Luca 1. καὶ χάριτος ἔστιν, que diligitur ex misericordia. ἀγαπᾶται autem Matthei & Luca 3. est qui diligitur naturali sóγια, uel propter naturalem coniunctionem. Sed consuetudine Hebraica uocabulum Gratia usurpatur aliàs actiue, aliàs passiue.

Vera definitio nominis  
hæc est:

Gratia significat misericordiam gratuitam, uidelicet remissionem peccatorum, & reconciliationem seu acceptationem gratuitam, propter Filium Dei, que cum fide accipitur, simul Filius DEI significat corda, & per Euangelium dicit consolationem

tionem in corde, & Spiritu sancto accendit idem motus, qualis est ipse.

Paulus discernit hæc duo uocabula: Gratiam & donum per Gratiam. Gratia significat gratiam remissionem peccatorum, reconciliationem, & imputationem iusticie. Donum per gratiam, significat donationem Spiritus sancti, & inchoationem uitæ æternæ in cordibus.

Quomodo Monachi hoc uocabulum deprauarunt?

Insulse scriptores Pontificij, abusi sunt hoc uocabulo, tantum pro habitu infuso, uel nouis uirtutibus in renatis. Ita

Synodus Tridentina.

Gratiam nominat nouas uirtutes, effectum homine à Deo, sine merito operum præcedentium iustificationem.

Pelagiani.

Gratiam interpretabantur esse promulgationem Legis, & externam obedientiam erga præcepta Decalogi, Iste expositiones congruunt in fundamento.

Quia etiam Pontificij docent, hominem post Legem Dei satisfacere, & nominant Legem impletionem, nouam in nobis dilectionem, seu, obedientiam, & docent illa propria impletione Legis, homines esse iustos.

Quæ sunt testimonia, de vera signi-  
ficatione vocabuli?

Paulus ideo utitur distinctis appellationibus, ut discernat gratuitam acceptionem ab infusis, ut Papistæ nominant, qualitativus. Rom. 4. Per Antithesin, inter se confert mercedem, & gratiam; ac docet, gratiam esse gratuitam benevolentiam, seu imputationem, quæ non debetur operanti, ut merces. Item: Non estis sub lege, sed sub gratia, id est, placetis DEO propter Filium, non propter propriam dignitatem. Si gratiam interpreteris hoc loco, ut Monachi, iam est deleta omnis consolatio, cum etiam in renatis hæreat peccatum.

DE VOCABVLO  
FIDEI.

Quid significat Fides in lin-  
gua latina?

1. Vocabulum fidei significat noticiam, quæ est habitus mentis, & ponitur in prima specie qualitativa. In hac significatione FIDES est noticia propositionum, quibus assentimur propter testimonia veracium testium. Ut credimus in prælio Pharsalico misisse Iulium Cæsarem, propter testimonia gravium scriptorum, qui nec voluntatem, nec causam habuerunt decipiendi homines.

2. Sepe Fides usurpatur pro virtute, quæ est vicinia veritati, & alioqui nominatur Fidelitas.

Tunc est habitus uoluntatis. FIDELITAS  
est uirtus, quæ constanter seruat dicta, & pacta.  
loquimur usitate: Carthaginenses dediderunt se  
fidem Romanorum, id est, in fidelitatem Romanorum,  
seruantium pacta. Ad hanc significationem  
congruit Etymologia Ciceronis: Fides dicitur  
quod fiat id, quod dictum est.

3. Latina etiam consuetudine, uocabulum  
quando significat fiduciam. Ut: Male geritur,  
quid geritur fortune fide, id est, fiducia fortune.  
Nocenti potest contingere ut lateat, fides non  
test: id est, fiducia latebrarum. Et prorsus in  
significatione, usurpatur apud Græcos uocabulum  
πίστις & πίστις.

4. Interdum autores uocabulum usurpant  
pro copulatione omnium uirtutum, & tunc signifi-  
cat iusticiam uniuersalem. Ita enim loquimur:  
magnæ fidei. Et Cicero alicubi scribit ad Cæsarum  
commendo Trebatium in dextram tuam, fidei  
uictoria præstantem. Hic Fides usurpatur de  
choro uirtutum, quia ueritas est fundamentum  
omnium uirtutum.

#### Quis est usus uocabuli in Ecclesia?

1. Aliquando usurpatur pro noticia  
Ut: Demones credunt, & contremiscunt, id est,  
Diaboli norunt historiam de Christo seu dogma  
Ecclesie.

2. Vicina est significatio, quando nominamus fidem, professionem doctrinae, sicut dicitur: Hec est Fides Catholica, id est, professio vera doctrinae, consentientis cum scriptis Prophetarum, & Apostolorum.

3. In doctrina de Iustificatione, Fides non tantum significat noticiam historiae, uel professionem doctrinae, sed significat noticiam assentientem omni uerbo Dei, & in hoc promissioni reconciliationis, cui in uoluntate respondet fiducia, acquiescens in Deo, accedens ad eum, & inuocans eum propter Filium.

#### Quæ est definitio Fidei?

Fides est assentiri uniuerso uerbo DEI non bisradito, atq; ita & promissioni gratiæ, & est fiducia acquiescens in Deo, propter Mediatorem, accedens ad Deum, uerè inuocans eum, & clamans Abba pater.

#### Contra:

Virtutes non sunt confundendæ.

Fiducia est actus spei.

Ergo non est actus Fidei.

Respondeo ad Minorem: Fiducia est actus spei, scilicet, cum significat expectationem futuri beneficii, quæ sequitur Fidem, quia est expectatio uitæ eterne gratis danda propter Mediatorem, & mitigationis calamitatum in hac uita, iuxta consilium Dei. Sed fiducia, qua in presentia uolumus, & accipimus

cipimus remissionem peccatorum, est fiducia pro  
sentis beneficii, nec est tantum noticia, sed est  
turi promissioni offerenti gratuitam reconcilia-  
nem, & confidere seu niti promissa misericordiam  
atq; ita in Deo acquiescere propter Mediatorem

Probetur Definitio.

1. Probatio, illustris est ex dictis Pauli ad  
manos, ubi confert inter se relatiue fidem, & pro-  
missionem, & inquit: Iustificati fide pacem habemus.  
Ergo nominat fidem fiduciam, accipientes  
bona oblata in promissione, propter Filium Dei.  
Et quia noticia historiae non adfert pacem, nec  
leticiam spiritualem cordis, accedentis ad Deum  
sicut in Diabolis est excellens noticia historiae,  
tamen blasphemus fremitus contra Deum, & ter-  
ribiles pauores. Ergo Fides non tantum significat  
noticiam, ut contendunt pontificij Doctores,  
Monachi.

2. Ephes. 3. est expositio illustris uocabuli  
dei per alia uicina: Per quem audemus accedere  
fiducia per fidem eius. Ergo in uocabulo Fidei  
comprehendendi sunt isti duo motus, assensus acci-  
piens promissionem, & fiducia acquiescens in Deo.

3. Nemo uiuit sola noticia.

Iustus Fide uiuit. Et: Qui credit in me  
non confundetur.

Ergo Fides non est tantum notici-  
a.

Quæ est definitio Fidei in Epi-  
stola ad Ebræos:

Ἡ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγ-  
μάτων ἠλεγχοῦ ὄντων βλεπομένων. Fides est  
substantia rerum sperandarum.

Sic argumentor:

Substantia non est Accidens.

Fides est substantia.

Ergo Fides non est fiducia, aut correlati-  
uum gratiæ. Sed significat ipsum Deum,  
uel CHRISTVM, mutantem ho-  
minem, ut quidem loquuntur Enthu-  
siastæ.

Respondeo. Est fellacia figuræ dictionis. Vo-  
cabulum ὑπόστασις eo in loco significat expectatio-  
nem, id est, complectitur assensum & fiduciam,  
credentem expectantem, & accipientem in præsentia  
bonæ promissæ.

Chrysostomus dicit, ὑπόστασις significare  
substantiam, id est, bonam, uel opes, quia habens  
CHRISTVM, habet thesauros omnium diuitia-  
rum.

Alij dixerunt, ὑπόστασις significare hoc loco  
fundamentum. Hæ expositiones sunt alienæ à Gram-  
matica, & nativæ sententiæ auctoris.

ἠεὶ γὰρ significat firmum assensum.  
Quia uerbum ἠεὶ γὰρ significat convincere,  
adductis demonstrationibus, & necessarijs pro-  
bationibus.

bationibus. In ueris pauoribus flectuntur et  
 Filio Dei, ut firmiter assentiantur promissioni.

Quis est natiuitas intellectus pro-  
 positionis: Fide sumus  
 iusti?

Recte dicitur: Hanc propositionem  
 intelligendam correlatiue: sumus iusti, id est, su-  
 mus Deo fide, id est, fiducia accipiente remissione  
 peccatorum, et iusticiam oblatam in promissione  
 Euangelij, propter CHRISTVM, gratis  
 propter ulla nostra opera.

Quare tenenda est hæc  
 admonitio?

1. Ut refutetur uetus, et usitatissima  
 doctore. Origenis, Thomæ, Synodi Tridentine,  
 Ari, Enthusiastarum, et multorum aliorum  
 prorsus eadem dicunt. Volunt hominem  
 preparari fide, ut postea alia re sit iustus, uel  
 habitante in nobis, uel nouitate infusa, seu im-

2. Ut agnosci possint propositiones  
 lentes in scriptura. Moses, Dauid, Daniel, et  
 ceteri Prophete, confugiunt ad misericordiam  
 itam, et hanc statuunt certam, et promissam  
 propter Mediatorem. Ergo iste propositio  
 Homines sunt fide iusti, Et: Homines sunt in  
 misericordiam, plane congruunt. Quia etiam  
 nominatur misericordia, comprehendit op-

promissionem, & Mediatorem. Ergo una fides, &  
una invocatio.

Hæc propositio uberius declarabitur, ubi re-  
citantur doctrinam de causa & modo Iustificati-  
onis. Prius enim fuerunt enarranda uocabula.

### ENARRATIO PROPOSITIO- NUM SYMBOLI.

Tituli Articularum sunt tales:

Primus de Creatione. Secundus de Redempti-  
one. Tertius de sanctificatione.

Quæro, utrum hoc modo rectè discernantur  
personæ Diuinitatis, si dicatur: Pater  
est Creator, Filius est Redemptor,  
Spiritus sanctus Sanctificator?

Respondeo. Hæc Propositio: Pater est crea-  
tor, non intelligatur exclusiue, tanquam opus crea-  
tionis sit proprietas discernens personam Patris, à  
Filio, & Spiritu sancto. Sed intelligatur compræ-  
hensiue, secundum declarationem diuini sermonis:  
ut cum dicitur: Ioh. 1. Omnia per filium facta sunt.  
Item: Ioh. 5. Pater meus, usq; modo operatur &  
ego operor, Item: de Spiritu sancto: Spiritus Dei  
souerat aquas. Item: 1. Corinth. 12. Omnia hæc ef-  
ficat unus & idem Spiritus. Nam hinc sumta est re-  
gula Augustini: Opera Trinitatis ad extra, sunt  
communia tribus personis. Ergo Creatio est opus  
commune

commune æterni patris, Filij & Spiritus sancti  
 manifestè significatum est in dicto Gene. 1. Fi-  
 mus hominem ad imaginem & similitudinem  
 stram. Item Psalmo 33. Verbo Domini cæli  
 sunt & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum  
 consideretur dictum Basilij: προκαταρκτικῶς  
 ἢ γενεῶν ὁ πατήρ. Διμιουρῶν τὸ  
 τελειωτικῶς τὸ πνεῦμα. Pater igitur crea-  
 filium, qui est λόγος in quo lucet idea totius  
 ficij, & Spiritus sanctus immediate fouet crea-  
 & motum impertit &c.

Responde igitur ad Argu-  
 mentum 7

Opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa  
 Saluatio hominis est opus ad extra.  
 Ergo est communis tribus personis.  
 consequens, Filius non est magis Re-  
 ptor, uel Saluator, quàm Pater, uel  
 ritus sanctus.

Respondeo ad Maiorem per distinctionem  
 Opera Trinitatis ad extra, sunt indiuisa, id est  
 sone simul sunt & simul agunt, scilicet, per  
 cuiuslibet persone proprietate, quam tribus  
 uox diuina. Tota diuinitas saluat hominem  
 licet, per Filium. Pater non mittitur, sed Filius  
 Spiritus sanctus mittuntur.

Filius mittitur, ut sit Saluator, merito, & efficaciatia. Spiritus sanctus datur à patre & filio, ut flectat mentes, & corda piorum, ad salutarem assensum, & accendat in homine motus similes Deo. Et obseruetur Augustini dictum: Filius agit per se, sed non à se.

Quid significat vocabulum  
CREDO:

Verbum credo, usitata phrasi uocis diuinae, comprehendit duos motus in homine, noticiam in mente, & assensum, ac fiduciam in uoluntate, & corde.

Quae sunt praecipua membra  
primi Articuli:

Duo sunt illustra capita primi Articuli: Prius de Deo, Alterum de Creatione.

Qua est sententia illius professio-  
nis, quam recitat primus  
Articulus:

Ego asseuero, & firmiter statuo esse Deum, & quidem illum esse uerum Deum, qui se patefecit in Ecclesia, misso Filio, in promulgatione Legis, & Euangelij, & in mirandis operibus, in eductione populi Israel ex Aegypto, in perpetua collectione, & defensione Ecclesiae, & alijs.

Profiteor, in hac uera, & unica diuina Essentia tres distinctas personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

Toto

Toto etiam pectore assentior uniuerso  
Dei, & secundum illud statuo, hunc uerum Deum  
uelle agnosci, inuocari, coli, & discerni ab  
commenticijs numinibus.

Profiteor secundum uocem diuinam, hanc  
eam diuinam essentiam, esse mentem eternam,  
sciam, beneficam, castam, ueracem, conditricem  
caeli, & terrae, Angelorum, & hominum, et  
uerè, res humanas Deo curae esse; & recipere  
genus humanum in gratiam, secundum declaracionem  
Euangelij.

Credo deinde, me quoq; ipsi placere, me  
eo accepisse uitam, alicui defendi, & eum militari  
posse, & uelle, tunc, quando omnium  
rum physicarum ope destitutus sum.

#### Vocabulum Deus.

Intelligitur essentialiter, de tribus personis  
& detestandi sunt furores recentium Arianorum  
qui gloriam Diuinitatis, Filio, & Spiritui  
detrahunt, & re ipsa impietatem Iudaicam, &  
hometicam stabiliunt.

#### In appellatione PATRIS.

Primum consideretur, Patrem nominari  
nam personam diuinitatis, quae ab eterno  
Filium imaginem suam substantialem, &  
procedit substantialis flamma, & agitator  
ritus sanctus. Et sic usurpatur uocabulum  
personaliter, & quidem respectu filij

Deinde sciatur etiam nomen patris tribui toti diuinitati, sed respectu creaturarum, & primo quidem respectu generalis, seu, uniuersalis presentie, qua diuinitas fouet, et sustentat totam naturam conditam, & omnium rerum substantias, estq; custos ordinis in uita, uindex scelerum in Diabolis, & impijs hominibus. Deinde etiam respectu presentie specialis in saluatione Ecclesie, quam immensa bonitate sic colligit Deus ex genere humano, ut in ea conseruet ministerium omnibus temporibus, doceat, & renouet mentes, & corda per Filium, & Spiritum sanctum, protegat Ecclesiam, aduersus omnes furores Diabolorum, habitet in ea & inchoet in pijs ueram, & eternam uitam. Et sic usurpatur uocabulum patris essentialiter, ac comprehenduntur in eo hae uirtutes: Veritas, Iusticia, Beneficentia, Castitas. Sicut in uocabulo OMNIPOTENTIAE, Libertas, omniscientia, omnipresentia, & cognatae.

Condite sunt à Deo duplices creaturae rationales,

Angeli, & homines, in quas Deus transfudit similitudinem bonitatis, & integritatis suae. Comprehendit igitur hoc caput, doctrinam de essentia, & ministerio Angelorum.

Quid significat uocabulum  
ANGELVS?

Est appellatio deducta ab officio, uel ministerio. Angeli sunt nuncij, ministri, & custodes, praesistentes

Q

stantes Deo obedientiam, in defensione Ecclesie  
& in repressione Diabolorum, qui sunt hostes  
Dei. In Epistola ad Hebræos nominantur  
ἰσχυρὰ πνεύματα.

Vocabulum ἰσχυρία.

Significat publicum officium, dicitur  
λαϊκὸν ἔργον. Quia Angeli sunt Spiritus,  
his est commendata publica custodia Ecclesie,  
qui perpetuo sunt in excubijs, arcentes Diabolos  
& impulsiones Diabolorum ab hominibus,  
sunt membra Christi.

Quid est ANGELVS  
bonus?

Est persona Spiritualis, condita à Deo  
ex natura Elementari, sed ex nihilo, habens  
tatem uoluntatis, conformis Legi Dei in iustis  
tibus, iusta, uerax, casta, confirmata in bono,  
quam reuincit obedientiam, ut deinceps non  
tatur libertate, habens facultatem, uidentem  
quendi, se mouendi, seruiens Deo in eterna  
entia celebrando, agendo gratias, seruiens in  
nisterijs, ad quæ mittitur, ut Ecclesia habeat  
fensionem aduersus Diabolos, & ut conspiciat  
uoluntas Dei, qui præcipit humilitatem, &  
fortiores seruire inferioribus. Psal. 90. Angeli  
suis mandauit de te, ut custodiant te in omni  
uijs tuis.

Creatio ANGELORVM,

In historia Mosaica, non est expressè racitata, quia Moses scripsit historiam huius mundi uisibilis, qui est domicilium hominum. Angeli uerò sunt conditi ad eternam uitam, quæ non comprehenditur oculis corporalibus. Tota autem uetustas scripsit, hanc uocem, pronunciatam à Deo, per Filium: **FIAT LUX**, simul complecti creationem Angelorum: Significat enim lux, omnia lucida corpora, spiritualia, & stellas, quæ etiam substantia differunt à massa, conflatà ex Elementis.

#### Quales sunt Angeli?

Angeli sunt Spiritus, in quos transfusus est radius lucis fulgentis in Deo. Impleti igitur lumine, propagato ab aeterno patre, per Filium, & ardentis dilectione, accensa per Spiritum sanctum, sunt conformes Deo, conformitate integra, & quamuis uoluntas est libera, tamen non eligit contraria Deo, quia est confirmata, ut semper sit similis uoluntati aini. sicut dicitur: Angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in coelis est.

Norma uerò conformitatis, uel similitudinis cum Deo, est expressa in Decalogo. Tales igitur sunt Angeli, quales eos esse iubet lex Dei, impressa mentibus eorum.

#### Quid significat Diabolus?

Angeli mali, qui discesserunt à Deo, & facti sunt hostes. **DEI**, nominantur Diaboli, à rabie calum-

Q 3

calumniarum, & mendaciorum. Deprauant enim mandata, & ordinem Dei, in sese, & in hominibus.

Diabolus noluit seruare ordinem, institutum à Deo, in creatione, non uoluit esse distinctionem inter creatorem, & Creaturam, noluit agnoscentiam transfundi in creaturas non plenitudinem diuinitatis, sed particularia dona. Pugnavit cum Filio Dei de antecellentia. In illa superbia, auertit se à Deo peccato blasphemiae, et perseverat in perpetuo pernitio, odio, & furore contra Deum, & creaturas Deo placentes.

Calumniatur uerbum Dei in hominibus impellens homines, ut statuunt, aut Deum nihil esse, aut eum non esse ueracem, aut eius patefactiones esse ambiguas, eumque non diligere homines, nec eorum necessitatibus.

#### Quid est descriptio Diaboli:

Diabolus est persona Spirituualis, condita à Deo, ex nihilo, ornata in creatione luce, & ratione diuina, & libertate uoluntatis, quae postea scientiam uolens, discessit à DEO, fuit prima causa peccati, & peccauit peccato blasphemiae, & nunc ardet in immani odio DEI, impellit homines ad scelera, & peccata contra conscientiam, ut DEVM afficiat contumelia, & multos abripiat in eternum exitium.

## Qualis est Diabolus ?

Est Antithesis Decalogi, Mendax, Blasphemus, seditiosus, homicida, incessus, ἐπιχαιρικακός. Neq; uoluntas eius unquam sanari potest, quia iam talis est, ut perpetuò uelit aduersari Deo, & creaturis Deo placentibus. Ideo in resurrectione generis humani, patefiet eius turpitudine omnibus creaturis, et abijcietur in aeternos cruciatus, quorū initia sustinent in hac uita. Sicut dicitur: Ite in ignem aeternū, qui paratus est Diabolis. Item: Filius illuminat omnē hominem, ueniens in hunc mundum. Et: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de Cælo. Item, Demones credunt & contremiscunt. Ergo beneficium Filij Dei, non pertinet ad Diabolo, neq; Diaboli unquam restituentur, ut olim quidam somniarunt.

## Quam defensionem habet Ecclesia, aduersus rabiem

## Diaboli ?

Duplex est defensio:

1. Filius Dei foris in ministerio, sonat uoluntatem eterni patris, & ita refutat mendacia, & imposturas Diaboli, ac potenter colligit sibi uoce Euanglij Ecclesiam, omnibus temporibus repressis Diabolis, & omnibus organis Diabolorum. Intus uerò in anima, accendit lucem, agnoscentem eternum patrem, & dato suo Spiritu, casto, & uerace, arceet impulsiones, & afflatus Diabolorum, sanat

Q 3

uoluntatem

uoluntatem, opitulatur nostræ infirmitati, flectit corda ad inuocationem, & inchoat obedientiam renatis, conformem Deo.

2. Mittit exercitus Angelorum, non quidem mutant corda, quod solius Dei est, sed ut sint capdes corporum, aduersus parricidia Diabolorum & ut abigant Diabolos, & impulsiones Diabolorum à credentibus. Offerant uero pijs occasiones ad exercitia pietatis fidei, & inuocationis.

### Quotuplex est defensio sanctorum Angelorum?

Defendunt Ecclesias, Politias, & Occursum.

Totum corpus Ecclesie, defenditur aduersus irrores Diabolorum, ministerio Angelorum, ad iudicium.

Filium DEI, ducentem populum per desertum, comitantur castra beatorum Angelorum.

Eliseus cum sua Ecclesia, seruatur per exercitus Angelorum.

Imperium Persicum stat usq; ad fatales motus Angelis reijcientibus Diabolos, qui moliebantur turbationes & uastationes Monarchiæ Persicæ, Ecclesia ueniret in tristiores seruitutem, priusquam restitueretur politia & templum ueri Dei. In Israheli infanti monstratur puteus.

Lazaro morienti astant sancti Angeli, eiusq;  
animam exhalatam excipiunt, Et in sepulchro Chri-  
sti sedent Angeli, ut significetur Angelos omnibus  
statibus esse custodes exuuiarum, quæ fuerunt, &  
rursus erunt, Spiritus sancti domicilia, easq; man-  
dante Filio Dei, læto clangore tubarum reuocatu-  
ros esse in uitam, cum illuxerit dies uniuersalis iu-  
dicii.

### DE IMAGINE DEI IN HOMINE.

In creatione hominis sunt considerandæ causæ  
consilij diuini.

IMPULSIVA in Deo est, Bonitas in uo-  
luntate diuina, liberrimè agente.

#### Ordo talis est.

Pater uult creationem hominis, & totum or-  
dinem rerum. Hanc uoluntatem exprimit per uer-  
bum, quo dicente fiunt res, & ordine distinguun-  
tur. Spiritu uero sancto, simul creante, fouentur  
res. Vultq; lucere in hominum natura λόγος, ut  
impleantur mentes agnitione Dei, & ardere in cor-  
dibus humanis Spiritus sanctus, ut uniat ea cum Deo.

FINALIS est. Voluit Deus habere crea-  
turam rationalem, corpoream, cui sese, & illa  
bona, quæ in ipso sunt optima, communicaret.  
Fini huius immensæ bonitati creatoris & finali  
causæ creationis correlatiuè respondens est:

Q 4

Quod

Quod uicissim uoluit Deus ab hac sua creatura nosci, & celebrari. Que omnia comprehenduntur in dicto: Faciamus hominem, ad imaginem & similitudinem nostram.

**Quid est imago Dei in homine?**

Augustinus imaginem interpretatur de potestatis, & numerat hoc modo: In anima sunt tria, ipsa, cogitatio, & motus. Aeternus pater est uoluntatis mens. Filius ut imago cogitatione genitus. Spiritus sanctus ut uoluntas, seu, motus uoluntatis.

**Respondeo:**

Verum est: Deum esse essentiam intelligentem, cogitantem sese, & motricem, & anima hominis esse testimonium de Deo. Sed anima lapsa, est corrupta imago Dei. Ideo in enumeratione imaginis oportet intelligi potentias, uel inchoatas, uel renascentes. Hoc etiam considerari oportet imagines à nobis cogitatas, & nostros motus esse  $\upsilon\pi\alpha\rho\sigma\mu\lambda\omega\alpha$ , ut alibi copiosius dicitur.

**Quidam dixerunt:**

Homo ideo est imago Dei, quia illi donata est talis natura, qualem assumpturus erat Filius. Sed nimis auguste, & pueriliter locuti sunt, uolentes enim imaginem considerari tantum in substantia hominis, & figura corporis humani, Nec cogitauerunt aliter solem dici imaginem Dei, in quo est substantia, lux & calor, Aliter hominem, in quo est

voluit Deus imaginem conspici, quæ esset similitudo  
in agnitione, & iusticia, non tantum in umbra, uel  
Allegoria.

Ista opinio manca, hoc modo corrigenda est.

Ad Colossenses dicitur:

Omnia esse condita in Filium.

Ergo Filius est causa finalis, cur Deus omnia  
condiderit, & Archetypus, seu Idea  
imaginis, quæ debebat lucere in homine.

Item: Christus Deus, & homo, est imago pa-  
tris, quia in ipso fulget substantialis, & integra ima-  
go eterni patris. Homo igitur ita conditus est, ut in  
eo conspiciatur similitudo, copulationis diuinæ, &  
humanæ naturæ in Christo, quæ est summum opus  
Dei.

Item: Filius qui est imago patris substantialis,  
parit in hominem conditum ad imaginem Dei lu-  
cem & conformitatem similem. Post lapsum diui-  
nitatis proposuit hunc Filium uisibilem, ut esset resti-  
tutor imaginis, amissæ per peccatam. Aspicientes  
igitur Filium, cogitemus de modo, & de causis co-  
pulationis diuinæ, & humanæ naturæ, & quomodo  
credentes transformentur ad eandem imaginem. In  
Paulo renato sic restituitur imago Dei, ut habitet in  
eo diuinitas, accendens per Filium in anima lucem  
illi uerbo similem, & conformitatem cum Deo, utq;  
sanctificante cor spiritu sancto, corpus etiam fide  
insertum massæ Christi, & perfusum uirtute corpo-  
ris Chris-



nes, libertas uoluntatis, & similia dona, recte dicitur: Hominem etiam post lapsum esse imaginem Dei, sed corruptam.

Contra:

Vbi est inimicitia, ibi nihil est similitudinis.

In homine non renato est inimicitia aduersus Deum, iuxta dictum: Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum.

Ergo in homine non renato, nihil reliquum est similitudinis, uel imaginis Dei.

Respondeo. Ad Maiorem: Vbi est inimicitia, ibi nihil est similitudinis, scilicet, loquendo eodem respectu: Vt, Absolon similis est patri, & dissimilis sed diuerso respectu.

Minor: Dictum Pauli loquitur, non de substantia, nec de potentijs, & naturalibus uiribus, conditis à Deo. Sed de  $\alpha\lambda\gamma\iota\alpha$ , que accessit per peccatum, propter quam tota persona rea est eterne damnationis, nisi fiat remissio propter Mediatorem.

Itaq; Christus in ipso Diabolo, discernit substantiam à deprauatione, que accessit ipsius Diaboli culpa: Cum enim mendacium loquitur Diabolus, ex proprijs loquitur. Et tamen aliud est de blasphemis Diabolis loqui, aliud de hominibus non renatis, quos et uox diuina negat iniuste interficiendos esse, quis ad imaginem Dei factus sit homo. Gen. 9.  
Sed

Sed ideo nihil placet in homine non renato, & persona non placet.

## SECUNDVS ARTICVLVS SYMBOLI

Et in Iesum Christum, Filium &c.

Quæ est doctrina 2. Articuli:

Secundus Articulus concionatur de Filij Dei, & beneficijs eius, Docet, Dominum Iesum Christum, natum ex uirgine Maria, filium Dei unigenitum, natura Deum, & æternum patri, genitum ex essentia patris, & æqualem ab omni æternitate, eumq; certo tempore assumpta natura humana in aluo uirginis, passum, resuscitatum esse, ac ascendisse in cælum, & sedere ad dextram æterni patris, exaltatum in gno & sacerdotio Mediatorem, seu propitiatum, & liberatorem, seu uictorem, ut semper intercedat pro Ecclesia, & assidue sit efficax in Ecclesia, Spiritum sanctum, per uerbum, & sacramenta sit simul Rex, seruans ministerium, & deus Ecclesiam, omnibus temporibus, quam in resurrectione mortuorum, & in nouissimo die iudicabit eterna gloria, iusticia, & leticia, & hostes suos conijciet in æternos cruciatum. Sicut